



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCXLI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

di monasterium, quam consummare matrimonium, quod facere potest ut l. Deo nobis. C. de episcopis & cler. & c. commissum de sponsal. Bal. consi. 276. nu. 1. uol. 2. & c. ex parte de conuer. congiu. Boe. q. 22. nu. 39. Abb. in consi. 1. nu. 1. uol. 1. & considero uerba ibi præmorta uxore cum ergo sponsa a marito usa, & cognita non fuerit, ergo dotem lucrari non debet.

3 Fallit etiam in alio casu, quando dos non fuit data, neq; promissa sed bene mulier permisit uirum omnia sua bona possidere hoc etiam casu uirtute statuti, maritus lucrabitur dotem uirtute dicti statuti, quia ex longa patientia iuncta cum actu uoluntatis habet locum de in rem uerso, & ita firmat & concludit Bal. in consi. 111. per totum uol. 4. quod not. quia est mirabile.

4 Fallit itidem si momento temporis steterit cum uxore secundum Bald. in l. non dubium. nu. 12. C. de legib. idem in c. 1. §. quin etiam uersi. quæro quid si masculus in tit. Episcopum uel Abba. Deci. in c. de causis nu. 41. de officio delegat.

5 Fallit etiam quando conuentum est in instrumento dotem ad se reuerti, uxore defuncta sine liberis nulla habita consideratione pacti de dote lucranda, quia dos a patre uel extraneo profecta, ad eos uirtute pacti redire debet, ut l. dos ad patrem. ff. sol. mat. & l. fin. uersi. nisi in §. 1. C. de iure dot. Guid. papa q. 523. in princ. idem in consi. 12. nu. 7. uersi. secundo potest responderi. uol. 1.

REGULA CCXLI.

6 Villa quæ ex forma statuti tenetur ad emendam damni illati, non tenetur de damno dato de nocte, uel alio tempore in quo impossibile sit sindaco scire damnificatorem. secundum Roma. consi. 7. nu. 9. princ. quia fuit de nocte illatum in quo tempore licuit sindaco ignorare. ut l. §. occisorum. ff. ad syllan. 2. quando subest aliqua iuxta causa, quæ a dolo, culpa, uel negligentia abest cum excusat. ut Bal. in l. si ideo. C. de ijs quibus ut indign. ubi excusatur seruus, ut in pœnam non incidat si domino auxilium non præsti-

T 5 præsti-

præstitit quando maxime subest aliqua iuxta causa, qui
cum a dolo uel negligentia excusat, ex quo etiam nõ po-
tuit a diligentissimo prouideri, secundum tex. in l. idem
ait. §. sed gratis. ff. natu. caup. sta. Mar. in l. i. §. pretere.
95. nu. ff. de quæstio. Bar. in l. semper. §. hoc interdictu. ff.
quod ui aut clam. Saly. in l. fin. C. de dolo. Bal. in l. gene-
ro. ff. de ijs quæ not. infam. Felin. in c. nonnulli de rescrip.
col. 36. Roma. consi. 510. nu. 22. & 23. Bal. consi. 174. nu. 1.
uol. 2. Alex. consi. 172. nu. 4. uol. 5.

- 1 Fallit 1. quando infra decem dies denunciatum est,
merico, seu saltario, q̄ debeat dare malefactorem conui-
ctum, uel confessum: quo termino elapso si mericus, seu
saltarius non dederit damnificatorem. Tunc commune te-
netur ad refectionem damni illati. aliter absoluetur com-
mune: denunciatione seu intimatione, Merico non facta,
secundum partem & prouiso Tar. factam de anno 1436.
die 27. Aprilis ultra dispositione statuti Tar. sub rubrica
de bestiis occisis, lib. tractatu 10. cap. 17. incip. Item or-
dinamus, & prouisionem factam 1495.
- 2 Fallit in territorio Paduano, quando dominus fundi ha-
bet gastaldionem in domibus & terris existentibus in di-
strictu prout in parte facta de anno 1537.
- 3 Fallit in castro Conegliani quando ante damnum illa-
tum bona, domus uacua, seu blada in campanis confi-
gnata fuerunt merico, & ipse acceperit pro consignata si
damnum euenerit, & mericus infra tempora limitata non
dederit damnificatorem conuictum, uel confessum, tunc
comune tenetur, aliter absoluetur, uirtute sententie 1499.

REGULA CCXLII.

- 1 Utens coram iudice falso instrumento potest puniri de
falso, ex quo illud in iudicio produxit & usus est: nam om-
ne male factum præsumitur ab eo factum, si de cuius com-
modo tractatur. ut l. i. §. si quis in suo. ff. ne quid in loco
publico fiat, ibi eum enim uideri factum, qui usum eius
aquæ habuit, & ita affirmant, omnes doct. in l. maiorem.
C. de